


PAPPI MATH. COLL.

- K** Ergo & æqualis BMS ipsi ENT] In primo casu erit totus angulus BMS ex duobus equalibus constans æqualis toti ENT. in secundo autem casu, erit reliquus BMC reliquo ENT æqualis.
- L** Ac propterea angulus C angulo F æqualis] Quoniam enim angulus BMS, hoc est BMA in primo casu est æqualis angulo ENT, hoc est END, erit circumferentia BA similis circumferentia ED. & ideo angulus C angulo F æqualis. in secundo autem casu, quoniam angulus BMS est angulus angulo ENT, reliquus ex duobus rectis BMA reliquo END æqualis erit; circumferentiaque BA circumferentia KD similis, & angulus C angulo F æqualis.
- M** Triangula igitur inter se omnino similia erunt.] ponitur enim angulus BAC æqualis angulo EDF ergo & reliquus B reliquo O æqualis, & triangulum ABC triangulo DEF simile. Sed & utriusque anguli, qui ad G H recti. sunt. quare & reliquus BAG reliquo EDH, reliquusque CAG reliquo FDH æqualis. triangulum igitur ABG triangulo DEH; & triangulum ACG triangulo DFH simile erit.
- N** Potest autem vnus angulorum siue obtusorum. siue acutorum præmissa demonstratione & reliquum ostendi] græcus codex. δύναται δὲ καὶ τῆς μίαν γωνίαν ἢ τῶν ἀμβλειῶν ἢ ὀξείαν προγεγραμμένης τῆς αἰχμῆς τὸ λοιπὸν ἀποδοῦναι οὕτως. Sed legendum arbitror. δύναται δὲ καὶ τῆς μίαν γωνίαν ἢ τῶν ἀμβλειῶν ἢ τῶν ὀξείων προγεγραμμένης τῆς αἰχμῆς τὸ λοιπὸν ἀποδοῦναι οὕτως.
- O** Et oporteat in æqualibus angulis acutis BAC EDF demonstrare triangula similia esse] græcus codex pro βα Γ ελζ habebat αβ Γ εδζ & mendose, ut arbitror.
- P** Quare & triangulum ABG triangulo CEH est simile & triangulum ACG triangulo DFH] Quoniam enim triangulum BGK simile est triangulo EHL, erit angulus BKG hoc est BKA æqualis angulo ELD, & ideo circumferentia BA similis circumferentia ED, angulusque BCA angulo EDF æqualis. Rursus quoniam triangulum CGK simile est triangulo FHL, angulus CKA æqualis erit angulo FLD, circumferentiaque AC circumferentia DF similis, & angulus ABC angulo DEF æqualis. sunt autem anguli ad GH recti. reliqui igitur anguli reliqui æquales erunt; & triangulum ABG simile triangulo DEH, & triangulum ACG triangulo DFH: & denique totum triangulum ABC simile toti DEF. græcus codex. ὡσεὶ καὶ τὸ μὲν α βη τριγώνον τῶ δὲ β τριγῶν ὄν ἐστὶν ἰσόν. Sed legendum ἐστὶν ἴμοιον

PROBLEMA XVI. PROPOS. CCXVIII.

LEM. VI. **A** Rectis lineis AB AC positione datis ducere DE parallelam rectæ lineæ positione datæ: & facere ipsam DE datam.



Factum iam sit, & per A ipsi DE parallela ducatur AF. ergo AF parallela est rectæ